



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.VI. sancti Patris Benedicti. M.XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

IESU CHRISTI ANNUS. M. D. VI.  
sancti Patris Benedicti. M. XXVI.

**R**ursum alij Benedictini Ordinis & Regulae, Congregationis sanctissimae Camaldulensis Ascetae, Orientalem versus Indiam, Romani Pontificis auctoritate & jussu, ante biennium profecti, Apostolico munere, immortalis cum merito, generosissime perfuncti sunt; qui Persiam, atque finitimos Persidi Indos, Evangelicam praedicatione, hoc ipso anno, atque deinceps, inexplicabili laborum tolerantia, indefessi informarunt, seque ipsos ultro & sponte victimas Numini offerentes, ab nullo omnino periculo absterri se passi, diesque noctesque incredibili Zelo in lucrandis Gentium animis sese occuparunt; & Apostolicas sibi coronas meruerunt. Ita perpetuo saeculorum decursu, nostri irremisso labore Fidem Christianam & Ecclesiam atque Romani Pontificis auctoritatem afferentes, in omni omnino Mundi plagas intulerunt, & felicissime propagarunt. *Hist. Camald. Honor Philop.*

Viri Apostolici in Indi-  
asmis.

In conver-  
sione India-  
rum labor.

Primi Epi-  
scopi India-  
rum ex no-  
stris.

Delubra  
& idola  
passim a  
nostris de-  
struata.

Debent sub hoc ipsum tempus, Antipodes, orbis recenter inventi incolae Montserratensibus nostris, & primo Patriarchae suo, Bueillio nostro, Romani Pontificis meritissimo Vicario per Indias universali, primos ibidem in diversas provincias ijs lucrandis ordinatos, & destinatos Episcopos, presbyteros & Ecclesiarum pastores; debent diversas longe lateque extructas Ecclesias; debent Fundata prima Monachorum, & Clericorum Collegia; debent institutas scholas ac seminaria; debent proscripta barbarie, inductam Humanitatem; Fidem denique debent, post DEUM ipsum, qua majus, & necessarium magis nil esse potest, ad vitam consequendam sempiternam. Caeterum de Bueillij ipsius sanctioris vitae exemplis, raris virtute Crucis Dominicae prodigijs, everis ab eodem delubris ac simulachris. *Vid Honorius Philoponus & alij scriptores.* De suprema ejusdem in Indijs potestate. Scribit inter alios oculatus testis, vir omni exceptione major, clarissimus & praestantissimus Ferdinandus Consal-

vus Ovetensis; qui tunc Romae, quando ea missio est adornata, cum Hispaniae Legatis adfuerat; quae ipsiusmet verba, fide optima, versa redamur. *In data Bulla, inquit, Ordinavit Papa, per donationem Apostolicam, de cura, quam habere debeant, in convertendis Gentibus Indianis ad Fidem sanctam. Ad quam ordinavit in secundo cum Colombo itinere, certas personas, Religiosas [ ex Monte serrato ] doctas & approbatae Vitae. Ad quem effectum electus fuit cum primis Frater Buill Catalanus ex Ordine S. BENEDECTI: Cui Pontifex dedit plenissimam potestatem, regendi Ecclesiam ipsam in Regionibus Indiae. Quapropter iste caput fuit aliorum Religiosorum, & Clericorum, qui DEO in Conversione harum Gentium Indicarum inservire, & progredi constituebat. Itaque Cruces, & Calices, & imagines, & reliqua paramenta necessaria, quibus opus habebant ad Ecclesias constituendas, secum portabant. Ita Ferdinandus. Franciscus Lopez paria habet, Thomas Bozius, Genebrardus.*

Benedixit, ob Apostolicorum virorum merita, Montserratensibus haud minime hoc ipso tempore Numen, & Numinis Mater, ita ut quantum ipsi laborarent, in Eiusdem honore & Fide propagandis, tantumdem ipse Congregationis Eiusdem decus & gloriam promoveret, Nobilissimamque Hispaniarum Monasteria eodem fervore succenderet, eidemque Sodaliati in Reformatione Ordinis adjungeret, ita ut per amplissima Regna, devotio in Monachos primum, atque dein in saeculares etiam homines derivaretur, quo factum credimus, ut reliquis Europae Provincijs, in deteriora semper prolapsis, Hispaniarum Regna sibi perditissimo tempore semper Constantia, & exemplis suorum Religiosorum foverentur, & sacro Inquisitionis munere, ut supra in Joanne Enguetra nostro commendavimus, singulari industria & vigilia, in Fide retinerentur, quod ad conservationem tot Regnorum Regis Catholici fuisse videtur praecipuum, ut haec quoque gloria specialis, & hoc & plurimis antea saeculis, sanctissimo Patriarchae nostro deberi videatur.

Vita excessit hoc anno Burcardus  
Posu-

Ordinatio  
summi  
Pont.

Invalescit  
splendor  
Montis Ser-  
vati.

Fructus in-  
de in Reg-  
num re-  
dundans.

*Joannes  
Abbas Ep-  
ternacensis  
d. 91.*

Posufinus Epternacensis in Ducatu Lu-  
xenburgenfi Canobij Archimandrita  
vigilantissimus, qui quanto Clerum  
plebemque in solida Numinis dilectio-  
ne & cultu magis inepescere vidit,  
& Religiosos quoque poriclitari ani-  
madvertit, tanto ferventius sacrae Re-  
formationi suorum insitit, suoque ex-  
emplo, alios etiam Abbates & Mona-  
steria excitavit, & è S. Maximini, Tre-  
verensi Archisterio, quod præ alijs  
semper excelluit, coloniam sacram  
introducens, de suo & vicinis Mona-  
sterijs æternum meruit. Superior  
quoque Germania, præter alios viros  
Ordinis illustres, Joannem eo nomine  
primum Cremiphansensem Abbatem  
hoc tempore habuit, qui ob insignem  
eruditionem & intaminatissimam Vita  
integritatem, Maximiliano I. Impera-  
tori Augusto charissimus, plurimum  
apud Eundem & suis prudentissimis  
consilijs, & summa autoritate potuit,  
ab eodem Arbitr Secretorum animi  
& à confessionibus piacularibus exci-  
tit, cui se maximis meritis commen-  
davit.

ANNUS IESU CHRISTI. M. D. VIL.  
sancti P. N. Benedicti. M. XXVII.

*Eusebius  
Abbas Ca-  
sinas d. 91.*

**I**mmoritur præsentis anno felicissi-  
mis Reformationis coeptis, Euse-  
bius Mutinensis, primus Casinensis  
post solidiorem Monasterij Reforma-  
tionem Abbas, Eiusdemque nominis  
Amplissimæ Congregationis Præses  
Generalis, vir meritissimus, & qui ad  
id munus, ut ex supra memoratis  
constat, peculiarius ab ipsomet san-  
ctissimo Patriarcha nostro S. BENE-  
DICTO expetitus videtur. Succes-  
sit, haud impari æstimatione Zacha-  
rias S. Justinæ Patavini Canobij Af-  
ceta, traditam sibi à Patribus, Casina-  
tem præfecturam eodem anno feliciter  
auspicatus, egregiæ Virtutis opi-  
nionem ac merito, apud Ferdinandum  
Hispaniarum Regem, cognomento  
Catholicum apprime commendatus.  
*Marcus Ant. Scipio, Annal. S. Justi-  
næ &c.*

*Jacobus de  
Amboise  
Abbas Clu-  
niac.*

In Gallijs magno cum Ordinis or-  
namento effulget Jacobus d' Amboi-  
se Cluniacensis Archisterij meritissi-  
mus Abbas, familia Illustrissima or-  
tus, ex qua Principes plurimi Ducës-  
que serenissimi prodire. Is à tene-

ris annis sanctissimo Patri nostro Be-  
nedito in Archisterio prædicto obla-  
tus, Monachum professus, sub Joanne  
Borbonto antecessore sanctè educatus,  
Studiorum postea gratia Parisios, ad  
Hospitium sive Collegium ab eodem  
Joanne conditum missus est. Ubi  
Pontificio Juri operam sedulo nava-  
vit, magnosque in Studijs progressus  
fecit. Abbas postea de Jumièges crea-  
tus, nec multo post S. Iudij prope Ur-  
bem Claromontensem lituum meritis,  
postremo Cluniacensis Antistes re-  
nunciatus, tot tantorumque sanctorum  
meritissimus successor, eisdem per  
omnia se conformare studuit, de Mo-  
nasterio insigniter meritis, donec Cla-  
romontanus Episcopus crearetur. De  
quo alia inter, ita Franciscus de Rivo  
Prior Major Cluniacensis: *Hujus Patris  
nostri Reverendissimi, inquit, quid fidem  
vobis, quid facultatem, quid ingenium,  
quid eximiam rerum omnium experienti-  
am commemorem? Quid liberalitatem?  
quid animi magnitudinem, justitiam, &  
æquitatem, regularè inque observantiam  
dicam? que omnia tamen ex omnibus  
singula a consummatum sufficere posse ho-  
minem videntur. in eo enim simul, velut  
facto agmine concurrunt, adeo, ut quid-  
quid eorum, alibi reperiri potest, ea illius  
prodijse pectoris armario credi possit &c.*  
Claruit sub hoc ipso Abbate, Antonius  
de Rupe ejusdem Archi-Canobij Prior  
Major, Decretorum Doctor, qui totus  
Religiosus [ verba Chronici sunt ] to-  
tus erga Conventum laboriosus, fun-  
dator extitit venerabilis Collegij S.  
Hieronymi apud Dolam, quod à Fun-  
damentis extraxit [ sunt enim Prio-  
ros illi, eodem quo Abates alij Jure  
& potestate ] ædificium miræ pulch-  
ritudinis. Jacet in Capitulo juxta Ab-  
batem Rolandum. Ita Nicolaus d'  
Olerj, qui & sequentia subjungit: Post  
istum Antonium, fuit Prior Major  
Philippus de Bourgoin, antea Prior  
Claustralis, *MAGNÆ SANCTITA-  
TIS VIR, qui multum rigide tenebat ser-  
vorem Ordinis. Jacet in Capitulo juxta  
Abbatem Guillerimum. Ita citatus Au-  
ctor, ut ad hæc usque tempora nun-  
quam defuisse Archisterio illi, viri San-  
ctitate illustres videantur.*

*Antonius de  
Rupe.*

*Philippus  
de  
Bourgoin.*

Moritur hoc ipso anno, memora-  
bile exemplar contempti [ tam ambi-  
tiosè à multis quæsit ] Abbatialis ho-  
noris,

F